



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Labbei Bitvrici Societatis Iesv Presbyteri, Nova Bibliotheca Mss. Librorvm, Sive Specimen Antiqvarvm Lectiovm Latinarvm Et Græcarvm

Labbé, Philippe

Parisiis, 1653

Ex Catalogo Præcipuorum ineditorum Græcè Manuscriptorum, qui
asseruantur in Bibliotheca Scorialensi Regis Hispaniæ, operâ & studio
Alexandri Baruoëtii è Societate Iesv, post, à pag. 175. ad 190.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13263



SPECIMINIS

ANTIQUARVM LECTIIONVM
LATINARVM ET GRÆCARVM
SUPPLEMENTVM TERTIVM

Ex Catalogo Præcipuorum Auctorum inedi-
torum Græcè mss. qui asseruantur in Bi-
bliotheca Scorialensi: opera & studio
ALEXANDRI BARVOETII
è Societate IESV.

*Prior numerus, inquit vir ille pereruditus post Prole-
gomena R. P. Balthasaris Corderii ad S. P. N. CYRILLI
Archiepiscopi Alexandrini homilias XIX. in Ieremiam
Prophetam Latinitate donatas & Antuerpiæ in 8. editas an-
no 1648. Pluteum significat; secundus loculamentum; ter-
tius codicem: non omnibus autem sui appositi sunt numeri.
quòd Catalogum meum, unà cum notis meis ac obserua-
tionibus, cum abire, non restituerit, is cui concesseram;
qui satis accuratum omnium Græcorum mss. inibi delites-
centium habet indicem, à Davide Coluillo Scoto confectum,
quem prope diem, unà cum notis meis ac animaduersioni-
bus ad Auctores ineditos edere cogitat in lucem, si è resua-
nancisci potuerit Typographum.*



INDEX Græcorum mss. ipsius Bibliothecæ B. VII. 1. sed antiquus, nec adeo accuratus, quàm sit ille Coluilli, quem concinnavit nuper admodum, recensitis pluribus codicibus, adiectisque notulis quibusdam ac animaduersionibus subinde non contemnendis.

Index Græcorum codicum mss. Bibliothecæ Vaticanæ. Z. VII. 8. Item I. 1. 1. sed scriptus ante annum 1600. à quodam Græcè ac Latine imperito, adeoque nullius penè pretij: tamen si splendide compactus, atque elegantia quaesita videatur in caractere.

Index mss. codicum Græcorum ac Latinorum Cardinalis Sirleti ac Cardinalis Rudolphi. *ibidem*. Aliquot tantùm folia sunt: totiusque Index Cardinalis Rudolphi ferè citatur etiam à Gesnero in Bibliotheca.

Abbatis Abraham Ascetica quædam capita in Anthologio Patrum, & alibi. Eiusdem videntur hæc quæ alias Laura Monachi inscribuntur, habeturque interpres sermonum Isaaci syri, ex quibus hæc fortasse etiam desumpta. Fragmenta tantùm sunt, adeoque non maximi pretij: vti & ipsum Anthologium Græcorum Patrum collectum ex quinquaginta plus minus Auctoribus quæ editis, quæ ineditis; maxima tamen parte ex editis & celebrioribus Chrysostomo, Basilio, Gregorio utroque, Damasceno, &c. Z. III. 2. Praclarum omnino opus, si vna cum Asceticis reliquis Sanctorum Patrum Opusculis Græco-Latinè ederetur, indicatis locis vnde desumptum.

Abamonis Responso ad Anebonem de quaestione Susannæ.

Catena in Habacuc Canticum, vti & in alia omnia s. Scripturæ Cantica: è quibus quædam edita à R. P. Balthasare Corderio Soc. IESV in fine Tertij Tomi in Psalmos Catena Græcorum Patrum.

Sunt præterea ibi Catena SS. Græcorum in præcipuos veteris ac novi instrumenti libros: in Genesim: in Leuiticum Marcellini: in Psalmos.

In Cantica Polychronij Procopij ac Neophyti, ita dictus forte Procopius, quòd antea sophista, Neophyti nomine in A. VI. 2. Polychronij O. III. 15. Z. 1. 7. pagina 191. Procopij E. v. 16. Z. II. 5. Hos omnes Codices vna cum R. P. Balthasare Corderio diligenter contuli cum mss. Procopij quòd nobis R. P. Ioannes Bessonius Collegij Tolosani Rector sua manu descriptum ex Bibliotheca Archiepiscopi Tolosani, humanissimè ac liberalissimè fuerat elargitus. Ceterùm reperi omnes planè eadem aut non admodum diuersa inter se continere, præter exigui momenti: quod item in sequentibus codicibus contigit.

In Prouerbia Salomonis Catena nomine Demetrii. Z. II. 2. Procopij E. v. 16. pag. 139. A. VI. 2. pag. 84. Polychronij Z. II. 19. pag. 289. Δ. III. 17. E. VII. 6. pag. 149.

Item in Ecclesiasten Polychronij E. vii. 6. pag. 189. z. iii. 19. pag. 303. E. ii. 16. pag. 47. B. Procopii A. vi. 2. pag. 174.

Atque in hæc omnia *luculentus*, ut videtur, Commentarius ut inscribitur *Moralis & Anagogicus Malachia Monachi paginis plusquam trecentis*. A. i. i. pag. 14.

Sunt præterea *Catena SS. Patrum*, In Iob, Euangelia, Actus Apostolorum, Epistolas Pauli, aliâque complura *sacrarum Literarum volumina & loca alijs immixta Auctoribus quæ passim hic omisi*, quod non nisi tractatus integros hic afferre voluerim, cum fragmentorum & incertus & infinitus ferè sit numerus.

Titulus *Catena Iobi* est: B. Iob liber, & in eum *Catena Enarrationum diuerforum ex antiquis Patribus*, Dionysio Areopagita, Origene, Didymo, Gregorio Nysseno, Cyrillo Alexandrino, Seuerio Antiocheno, Clemente, Methodio, Iuliano, Apollinario, Olympiodoro Diacono, Euagrio, Theodoro Mopsuestia, Polychronio & alitis.

Addite sunt & quedam *protheoriae initio cuiusque capituli: ad hæc varia lectiones notata asteriscis, & historia coloribus depicta*. Liber antiquus omnino literis maioribus scriptus in membranis, annorum DCCC. & ultra forma folij. Videtur hæc eadem esse cum *Catena edita à Ioanne Paulo Comitolo Venetijs*, cum eisdem ferè habeat, & eodem ordine Auctores. De quibus plura vide apud Posseninum in Apparatu.

Titulus *Catena in Prouerbia* est: Salomonis Prouerborum liber & in eum *Catena enarrationum Sanctorum Patrum Basilij, Hippolyti Papæ Rom. Origenis, Didymi, Euagrii Philosophi, Epiphaniæ Episcopi Cypri, Ioannis Chrysostomi, Apollinarii, Polychronii, Diodori, Eusebij, Apollonij, Olympiodori & Eustathij*.

In eodem codice sunt: Michaël Glycas de Adam: Ioannis Zonara Monachi in Tetrasticha B. Gregorii Theologi Episcopi Nazianzeni expositio.

Nonni Panopolitæ interpretatio Historiarum vel fabularum, quæ in Inuectiuis B. Gregorii Theologi aduersus Iulianum Apostatam reperiuntur. Liber in charta recentibus literis, forma folij.

Titulus *Catena in Cantica*: Salomonis Canticorum *Cantica & Catena Enarrationum in ea*, Theodoretæ præsertim & Gregorij Nysseni, Nili, Eusebij, Maximi ac Pselli versibus Politicis siue Plebeiis. Eusebij Pamphili in *Cantica Græcè editi à Mewsio Latine prope diem edenda cum alijs à P. Balthasare Corderio*. Liber recens in charta, forma folij. In eodem codice sunt Prisci Ascetæ, & Theodori Metochita Epistola ad diuersos.

Titulus Catena in Isaiam: Didymi Alexandrini in Esaiam Prophetam Commentarii siue Epitome enarrationum ab ipso collecta ex diuersis Sanctorum Patrum, vt Cyrilli, & aliorum scriptis. Liber recens in charta, forma folij.

Catena in Prophetas maiores ac minores plures sunt in diuersis codicibus: sed nulla qua accedat ad prestantiam illius, qua asseruatur in Bibliotheca Magni Ducis Florentia presertim in Prophetas maiores, duobus maximis codicibus vetustissimis ac integerrimis, caractere rotundo quadrato in membrana: e quibus fortasse descripti ij codices, qui seruantur in Bibliotheca Ducis Bauaria, sed non adeo vetusti nec integri.

Catena instar, imo omnes Catenas complecti videntur in Prouerbia salomonis, Malachia Monachi Sermones Ethici & Anagogici in maximo volumine chartaceo, forma folij, caractere non ita vetusto, paginis ferè mille, in loculo A. 1. 1.

Achmet Medici, Filij Abrahamii, Peregrinantium viatica libris septem. Ex Bibliotheca Didaci siue Iacobi de Hurtado de Mendoza, e qua potissima pars Græcorum Manuscriptorum codicum huius Bibliothecæ constat. Codices autem singuli manu illius notati omnes adscripto nomine in prima pagina. Magnus autem hic vir, vti erat literarum ac literatorum amantissimus, summa diligentia maximisque sumptibus hos codices vndique conquisiuit ex Oriente, dum vnetiis degeret Regis apud Rempublicam Legatus. Magnum autem ad hoc illi incrementum attulit submissa illi ab Imperatore Turcarum nauis Græcis codicibus onusta, dono missa ob obsequium aliquod prestitum in remittendis quibusdam captiuis Imperatori Turcarum charis in paucis. Ex iis tamen libris quidam perierunt, quidam etiam ab alijs sublatis sunt, & in alijs Italia Bibliothecis collocati: Ceterum tota hæc Historia fusiùs descripta habetur scoriali in ipso Monasterio; vbi quomodo & a quo ad hanc Bibliothecam translatis sint accuratiùs recensetur.

Aeneæ Tactica I. 14. 21. cap. 43: (fortè Aeneæ vt & Tactica Aelianii edita à Casaubono cum Athenæo.) Habentur hic vna cum Tacticis Leonis Imperatoris ac Basilij. Videtur autem Auctoris esse recentioris ac sequioris æui, vt & ipse Leo; aut fortasse ex ipso Leone excerptum, aut potius adiectus titulus à Græculo quopiam, vti subdola hæc in parte est illa sequioris ætatis Græca natio quò plures codices Græcos miss. uendant, magna nomina in fronte substituunt, cum nihil intus sit rei: quod in plurimis alijs codicibus comperi, in quibus tituli splendide mendaces imponunt hominibus: vnde minimè fidendum Catalogis, nisi à rerum peritis Auctoribus atque oculatis testibus accurate confecti sint, qui scoriam ab auro norint distinguere, ac nò γνήσιον ab εἰσοδοτικῶν.

Æsculapii, seu potius (vt in pluribus alijs codicibus reperi) Aselepij Tralliani

Tralliani, Philosophi Enarratio Isagoges Arithmetica Nicomachi. videntur autem hi commentarij eodem cum ijs, qui alias attribuuntur Anatholio, Theoni Smyrnaeo, Philopono, Proclo Laodicensi: sunt autem sub nomine Asclepij Tralliani & Procli Laodicensis ☉ v. 19.

sub nomine Theonis Smyrnaei vna cum Commentarijs illius in loca Mathematica Platonis, qui maximè de numeris Platonicijs, ac Harmonice agunt. K. III. 16. Δ. VII. II. pag. 279. H. v. 10. pag. 131.

Philoponi varijs deinde locis A. VI. I. & C. K. I. 10. pag. 95. Δ VII. 4.

Est in eadem Bibliotheca Philoponus in Astrolabium planum seu de vsu Astrolabij: Liber de Pulsibus: Commentarij in Elenchos Aristotelis: Commentarij in quatuor posteriores Physicæ auscultationis.

Agalliani Melismata, quæ plurimas cantiones pro musica practica continent, vna cum viginti aut etiam pluribus alijs tum melismatopœis tum rhythmpœis, inter quos ferè præcipuus Ioannes nescio quis, dictus Lampadarius. H. v. 6. pag. 100. Eiusdem est oratio de Deipara, vna cum alijs orationibus. Cantiones autem musicae ac rhythmici de Deipara, alijsque sanctis habentur in varijs codicibus, & maximè (si memini; omnia enim hæc è memoria ac fragmentis quibusdam Schediorum mihi reliquis eruere necesse est, cum notæ omnes & observationes meæ mihi sint ablatae) pluteo ☉ in varijs codicibus, ☉. v. 6. & c. quæ ex ipso Indice Scorialensi coram discere necesse est: fieri enim non potest, ut tot numeri tam variorum codicum mihi occurrant, chartarum mearum ac scriptorum subsidio destituto.

Agathemerj Orthona Hypotyposis Geographiæ K. I. 3. p. 335.

Agathangelus contra Nicephorum Gregoram pro defensione Aristotelis H. v. 19.

Agathodæmonis Chrysoptera cum plurimis alijs eiusdem farinae Chymicis Auctoribus, cum varijs titulis de lapide Philosophorum, de sole ac luna, de auri ac argenti confectione, de præparatione Metallorum, salis chymici, &c. Magnis omnes nominibus, sed plerisque vti reor, suppositijs, Democriti, Heraclii, Constantini, Platonis, Aristotelis, Pselli, &c. alijsque huiuscemodi insigniti, idque in septem aut octo fere codicibus ☉. II. 3. A I. 4. plerique ex his iidem videntur cum illis, quos sibi ante paucos annos magno ære comparauit serenissimus Bavaricæ Dux ac Elector Maximilianus: quorum bonam partem Latine reddidit iussu eiusdem Ducis P. Simon Vagnereck è soc. Iesu, de quibus ad me scribit in hæc verba litteris Monachio datis: In hac pretiosissima & planè inaudita Chrysoptæorum Bibliotheca continentur isti Au-

Autores: Πλάτων (metuo tamen ne sit subditivum nomen) Λεισθη-
 λης (de quo itidem ambigo) Ερμῆς (quem genuinum esse non du-
 bito) Ιωάννης ἱεροῦς, Δημόκριτος, Ζώσιμος (quem Delrius noster val-
 de commendat, & tantum Parisijs in Bibliotheca Regis mss. ex-
 tate testatur) Μιχαὴλ ὁ Ψελλὸς, μέγας Ολυμπόδωρος, Στέφανος ὁ φιλόσο-
 φος (Scriptor reuera ingeniosus) Σοφῶν ὁ ἐν Περσίδῃ, Συνέσιος (non
 puto esse illum Encomiasten caluitij) Διόσκορος ὁ ἰατρὸς τῶ μεγάλῃ
 Σερέπιδος τῶ ἐν Αλεξανδρίᾳ, ὁ Οσάνης ἀπ' Αἰγύπτου, ἡ Μαρία (est Soror
 Moysi, hypobolimæum utique nomen.) ἢ ἡ Χρησπύτσα ἡ γυνὴ τῶ
 Πτολεμαίου βασιλέως, Πορφύριος, Επιδόκιμος, Πελάγιος, Αγαθοδωµων Ηε-
 κλείς ὁ βαπλοῦς, Θεόφραστος, Αρχέλαος, Κλαυδιανός, Σέργιος. Infunt om-
 nibus istis mirissima quædam ac planè curiosa. Adiecta est co-
 piofa clavis chymicorum apud Græcos signorum, Auctore Pfello:
 adiectum quoque Λεξιµίδιον Chymicum solidè Græcum anonyma
 manu. Stylus vt plurimum tersus, neque vllis ferè mixtobarba-
 ris vocibus interpolatus: accedit amabilis quædam atque perpe-
 tua metaphorarum venustas. Hac ille.

*Que omnia tametsi liberalius non nihil hic deprædicari videantur, est
 tamen cur suspicer, eiusdem penè cum superioribus hæc omnia esse farina.*

Alypij Isagoge: Musica item Aristidis, Quintiliani, Ptolemæi
 adhuc ineditorum, & aliorum veterum in varijs codicibus. om-
 nes hos eleganti caractere descriptos cum suis schematibus habet in Biblio-
 theca sua Illustrissimus ac Reuerendissimus Dominus D. Carolus de Mont-
 chal Archiepiscopus Tolosanus; quos pro suo in litteras ac bonas artes affe-
 ctu cuius literato ad editionem liberalissimè offert, vt et reliquos omnes
 Bibliothecæ suæ codices ἀνεκδότους; qui multi sunt ac insignes, indicaban-
 tūrque à me copiosius in Catalogo mss. Græcorum ineditorum, Auctorum-
 que in præcipuis Europæ Bibliothecis delitescantium, quos magna ex parte ip-
 semet oculis meis vidi, vbi otium suppetierit, concinnando edendoque in
 lucem.

*Auctores autem Musici veteres codice numero XXVIII. apud Illustrissi-
 mum ac Reuerendissimum Archiepiscopum Tolosanum sunt.*

Aristidis Quintiliani Harmonicorum libri tres.

Manuelis Bryennii totidem:

Plutarchus de Musica.

Euclidis Introductio Harmonica:

Sectio Canonis harmonici edita à Ioanne Pena Parisijs cum
 Opticis Euclidis.

Aristoxeni elementa Musicæ edita sed Latinè tantum Venetijs
 interprete Francisco Patricio.

Ptolemæi Harmonica, edita Latinè ibidem ab eodem.

In Ptolemæi Harmonica Commentarius Porphyrij hæctenus ineditus, quem penes me habeo descriptum ἀπο το χειρῶν ex Bibliotheca Augustissimi Imperatoris Viennæ.

Alypii & Bacchii senioris Ifagoge Musices impressa à Merssenno in Genesin & Alypius à Meursio Lugd. Batauorum.

Nicomachi & Gaudentii Musica adhuc inedita: cum figuris & subinde additis scholiis: Codex dicitur scriptus ab Angelo Virgino Crerenfi anno 1537.

Ceterum hæc etiam omnia eleganti caractere & schematibus exarata memini me videre Romæ anno 1642. in Bibliotheca Eminentissimi Cardinalis Francisci Barberini; sed satis ægrè à Lucâ Holstenio, tum Bibliothecæ Prefecto communicata: vti & Tacticorum Mauricij Imperatoris libros 12. quod horum editionem, vnâ cum ceteris strategeticis Athenæi, Apollodori, Bitonis, &c. prope diem emittendam assereret à Claudio Salmasio: sed eorum hæctenus nihil prodijt. sunt præterea in Bibliothecâ Archiepiscopi Tolosani Harmonice Georgii Pachymera & codice num. XLIV. cum plurimis alijs etiam Theonis, quæ si quis simul omnia non nihil hinc inde explicata ederet in lucem, optimè sanè de republica litteraria ac Musica antiqua mereretur. sed arduo ac obscuro in loco scio versatum iri eum, qui hæc tentauerit, quamquam lucem aliquam asserere possint ea quæ apud Boethium in hoc genere sunt, ac Mersennum in harmonia vniuersali, item Iosephum Zaltinum, aliõsque.

Ioannis Glycei siue Dulcis, Lampadarii, Moschiani, & aliorum chironomia Musica artis.

Leonis Sapientis matutina Poëmata XI. cum notis. Psalmodia qua vrbs Thessalonicensis & Ecclesiæ Catholicæ magnæ vtuntur, composita à domestico magistro Cucuma: libellus in charta annorum C. forma enchiridij.

Ioannis Glycæ Protopsalta Rhodi liber Musicus, siue opera ad notas musica artis accommodata.

Constantini Moschiani & Gerasini Monachi Poëmata diuersa Ecclesiastica cum notis Musicis: Stichologia & Cantica & Psalmodia variæ Ecclesiastica variorum cum tropariis, hirmis & exapostilariis, &c.

Agathonis, Anthemij Monachi, & Argyropuli poëmata Ecclesiastica cum notis Musicis barbaris ac recentioribus sequioris æui Græcorum, iamque obsoletis & ignotis. Cuiusmodi volumen etiam in Bibliotheca nostra Louanienfi est caractere recentiore, forma Enchiridij cum titulo: Ἀρχὴ αὐτῶ Θεῶ ἀγίων, τῶ μεγάλου Πατριεῖς Ποιήματα διάφορα ποιητῶν παλαιῶν τε ἔ νέων. Ἰάκωβου δὲ τῆ το δι- χειρῶν, ἢ ἀρχεται ὁ δόμιστικος τῶ δέξις χοροῦ. Sub initium est explicatio no-

tarum Musicarum ac vocum, postmodum citantur Chrysoſtomus in Liturgia, Manuel Chryſaphe, Ioannes Lampadarius, Panaretus, Palladas, Georgius, Agathon, &c. in fine mutilus. Eiusdem farinae videntur quae habentur in ſcorialenſi cum titulis Manuelis Lampadarii Chryſaphe de Pfallendi arte, & ipſius & aliorum Poëmata Eccleſiaſtica ad notas Muſicas accommodata.

Abini Iſagoge in Platonem.

Ammonij Aſtrolabium & de eius uſu I. iv. 1. pag. 113.

Anaſtaſij Antiocheni ſermo de profectione Virginis in Nazareth ad recenſionem Auguſti, &c. *Alia quaedam ipſius Homiliae adhuc ineditae; è quibus prope diem prodibunt quae de Deipara ſunt in Bibliotheca Mariana, quae nunc cuditur in Hiſpania; ſed Latine tantum.*

Anatholii Mathematica quaedam fragmenta, maximè Arithmetica, vnà cum Nicomacho K. iii. 10. Δ. vii. ii. pag. 279.

Anatolii de diſſiſione marmorum ac lignorum: *Idem vidi & legi in Bibliotheca Bauarica. Cetera illius Mathematica nihil ſerè continent præter Iſagogicas præfationes, de diſſiſione, diuiſione ac ſubiecto illius ſcientiae.*

Anaſtaſij Patriarchæ narratio actorum in Perſide.

Ammonius Monachus de Patribus in Sina monte interfectis Z. iv. 6. pag. 110. B.

Apologiae variae de diuerſis materiis.

Andronicus Peripateticus de paſſionibus animae, de diſcendi cupiditate, de, virtute, de diuiſione Θ. iv. 3. pag. 37.

Annae Comnenae Alexij filiae de rebus geſtis Alexij patris ſui libris tredecim Z. vii. 15. pag. 61 Θ. iii. 13. pag. 108. *Editi ſunt à Dauide Hœſchelio Auguſta, ſed cum multis lacunis, quae fortasſe hinc ſuppleri poſſent.*

Anthemius de machinis paradoxis ſeu incredibilibus E. i. 13. pag. 163. *ſed merum fragmentum eſt, ac multis quidem in locis mutilum, vix vt aliquid inde ſanum erui poſſit: videtur autem alicubi agere de ſyſtione per ſpecula, de incidentia radiorum in plana, &c. Idem codice K. i. 14. ſed planè à præcedenti diuerſus in materia: nihil enim aliud continet, quàm de inſcribendo cubo, aliſque corporibus regularibus in ſphæra, quae non diſſerre videntur ab inſcriptione corporum Euclidean. Idem eſt in Vaticana Romæ, ſed non multò maioris videtur momenti.*

Antiochi Episcopi Ptolemaidos oratio in Natiuitatem Domini vnà cum aliis homilijs. E. i. 13. pag. 37. De illuminatione caeci nati.

Antipatri Boſtrenſis Episcopi Sermo in natiuitatem S. Ioannis Baptiſtae, in eodem codice. pag. 292.

Athenæus

Athenæus de Machinis bellicis A. III. 1. K. IV. 12. habeo penes me descriptum.

Antonij Monachi Abbatis Asceticarum admonitionum cap. 160. A. IV. 8. pag. 304. A. IV. 13. forte eadem cum Melissa.

Apollodori Strategetica A. III. 12. habeo penes me. Idem in K. IV. 12. Z. VII. 16. In iisdem codicibus Bitonis, Heronis ac Africani seu Iulij Africani Cesti: ita enim opus suum inscribit à rerum, ut quidam volunt, varietate quas continet, deducta à Diones Cesti similitudine: nec male: nescio enim antea tantum boni operis illud contineat, quantum continet mali: preterquam enim quod sequioris ævi adeoque styli sit auctor ille, multa habet similia Tacticis Leonis, quedam etiam superstitiosa, ac verò ridicula: ut de curatione per *Abracadabra*: quedam *Mu'omedica*, falsa plurima.

Apollonij Pergæi Conicarum sectionum libri quatuor cum schematibus & figuris accuratè delineatis: Qui habentur etiam in Bibliotheca serenissimi Ducis Bavariæ, hætenus græcè inediti. Horum uti & reliquorum trium qui desiderantur supplementum è versione Arabica nuper ex Oriente allata meditatatur prope diem I. Golius Lugduni Bataavorum, suo Marte & ingenio adornatos, suppletos ac restitutos sed Latine tantum, imprimit iam Antuerpiæ R. P. Claudius Richardi Mathematicum Mantue Carpetanorum Regius Professor, & amicus noster in paucis.

Basilij Philippenfis oratio in Præsentationem Beatæ Virginis B. III. XI. habeo penes me descriptam.

Basilij & Gregorij Dialogus de Natura animalium.

Barlaami Monachi Logistice. lib. 5.

Athanasius de Vita S. Syncreticæ multò copiosius, quam sit edita cum titulo profligatissimo S. Theclæ: de qua multa hinc inde fragmenta ac minutias collegit L. Coccus; adeo ut bene magnum de hac historia volumen aucti promittere, uti & de vita S. Demetrii, de qua simili modo congestis hinc inde nescio quibus rhapsodiis Tomum grandem edere cogitat. Ceterum S. Syncreticæ vitam Latine reddidit Cosmas Fontetus, ac P. Lanselius à quo per R. P. Schottum nactus est suam quam nuper edidit R. P. Bollandus.

Bessarionis Epistolæ quædam ac sermones.

Callixti & Ignatii dogmatici sermones Z. II. 14. E. VI. 21.

Cosmæ Monachi Canones in Festa & Deiparam, vna cum aliorum rhythmis ac melisfratis H. 1. 10. H. v. 18.

Critobuli homilia de passione Domini E. VI. 15.

Callisthenes de rebus gestis Alexandri Magni Z. VII. 4. O. VI. 30. sed uterque *Καλλισθένης*; stylus quippe recentior ac subinde barbarus adeo ut neotericus nescio qui: Græculus potius videatur, quam antiquus ille scriptor.

Chilonis Capita practica moralia centum quadraginta Z. v. 2.

Comanus Philosophus de Arte Chymica vnà cum ceteris cini-
flonibus ac decoctoribus olei atque operæ.

Georgii Chryfococca Astronomica Persica.

Christoduli Monachi sermones contra Iudæos nouem Δ. 111. 5.

S. Cyrillus Alexandrinus in Prophetas maiores Danielem,
Ezechielem & Ieremiam: *Quæ sola in operibus eius nuper Parisijs ex-
cussis septem Tomis desiderantur. Ex ijs descripsit commentarium in Ieremiam
P. Baltazar Corderius, quem hic habes, daturus cum eo reliquos in lucem si
per PP. Hieronymianos licuisset. Sunt autem hæc in codice B. 11. 1. vna cum
Isaiæ Tomo satis crasso, sed folio minori littera rotunda aut semiquadrata,
adeoque satis antiqua; ac eam ob rem paulatim in membrana deficiente
atramento ita fugiens, vt multis in locis non nisi adhibito vitro conuexo le-
gi potuerit; breuique metuendum sit, fore vt nihil amplius vlllo modo legi pos-
sit, ac planè pereat.*

Constantini Manassis de venatione spinulorum. H. 111. 7. pag.
294. *Sed caractere adeò minuto, intricato, & præ temporis vetustate ac
humore, quo permaduisse videtur, ita fugiente, vt non nisi grauissimo cum
labore ac oculorum periculo perlegi possit: ac talis est totus ille codex H. 111.
7. qui nihil nisi ineditum continet. Pleraque autem sunt, Orationes En-
comiasticæ aut similes, hominum sequioris ætatis, vt Eustathii, Nicolai,
Michaëlis Saccularii, &c. Eodem in codice est Nicephori Regis en-
comium canis.*

Pfelli Encomium Tonsoris pag. 518. lin. 6. Pediculi pag. 519.
Pulicis pag. 521.

*Ibidem Eustathij Thessalonicensis Archiepiscopi Oratio ad eos
qui in templo erant sancti Myroblyta, id est Demetrii, in prin-
cipio indictionis anno mundi 6702. aliæque plurimæ, eiusdem & alio-
rum quinquaginta ferè auctorum: sed eiusdem panè omnes ata-
tis ac farina, id est Græciæ deficientis miseræ reliquiæ, quorum no-
mina, vt pote barbara mihi non omnia occurrunt, nec verò ope-
ræ pretium est nosse aut apponere.*

Eusebius Cæsariensis in Isaiam E. 11. 14. De triduo sepultura
Domini Γ. 14. 118. Γ. 11. 4. Γ. 11. 7. Eclogæ quædam in Prophe-
tas minores. E. v. 1. pag. 24. B.

Ioannis Cantacufeni Imperatoris CP. contra Saracenorum se-
ctam pro Christiana religione Apologiæ tres. Eiusdem oratio-
nes contra Mahometh.

Georgii Diaconi Metochitæ de Processione spiritus sancti libri
quinque.

Demetrii Cydonii (sive alterius) Chronographiæ Sacræ com-
pendium & genealogia Christi seruatoris nostri, ab Adam vsque

ad eius Ascensionem arbore successionum expressa. *Liber recens in charta, forma grandioris folij.*

Georgii Monachi Syngeli Chronographia Epitome à C. Iulio Cæsare ad Diocletianum.

Theophanis Monachi Chronographia à Diocletiano ad Michaëlem & Theophylactum eius Filium. - *Liber in charta recenti forma folij.*

Incerti historia breuis ab Orbe condito, ad tempora vsque Leonis Isauri.

Marcellini vel Hippolyti, siue potiùs incerti, Epitome temporum ab Orbe condito vsque ad annum vicesimum Heraclii Imperatoris cum Consulatus & Indictionibus & aliis cognitione dignis.

Scholarii Patriarchæ interpretatio literarum quarumdam in sepulchro Constantini Magni repertarum.

Nicolai Patriarchæ Constantinopolitani carmina.

Oratio de obedientia Constantini Magni ad Pont. Rom. in charta recentibus literis in quarto.

Michaëlis Glycæ Questionum sanctæ Scripturæ ex diuersis Auctoribus collectio.

Pfelli expositio de Fide, & de eadem re Sophronius, Cyrillus & Anastasius Patriarcha Antiochenus.

D. Gregorii Nazianzeni Metaphrasis in Ecclesiastem. *Liber in membranis annorum DC. forma quadrata.*

Cæsarij B. Gregorii Nazianzeni fratris germani responsa ad quæstiones varias locorum sacre Scripturæ à Constantio, Theocharisto, Andrea, Gregorio, Domno & Isidoro ipsi propositas quo tempore à secretis erat & Constantinopoli commoratus fuit annos 20.

Marci Metropolita Ephesi Epistola inscripta Orthodoxis Christianis vbique terrarum existentibus & in eam Apologia Gregorii Magni protosyngeli ex diuersis sanctorum Patrum scriptis.

Ioannis Dociani Epistola.

Sophronij Archiepiscopi Hierosolymitani oratio in sanctum Baptismum seruatoris nostri.

Incerti narratio sanctæ & magnæ Ecclesiæ siue Templi Constantinopolitani sanctæ Sophiæ.

Ioannis Minimi varia capita ad Logicam pertinentia Cosmæ Episcopo Maiumæ inscripta.

Pfelli Epistola 22. *In eodem codice.*

Epistola Gregorii Rhetoris Antiocheni 7. Theodori Merochi-
ta CXLV.

Apanthismata virtutum siue Florilegia aut selecta ex iisdem,
continens xxxvi. capita collecta ex Auctoribus Sacris & profa-
nis Graecis & Latinis tam Philosophis quam Poëtis & aliis.

Incerti varia Epistola lasciuæ lingua recenti Graecorum. *In char-
ta in quarto.*

Nicephori Monachi & Presbyteri Blemmidis Psalterii Dau-
dis interpretatio & Canticorum tam veteris quam Noui Testa-
menti.

Eiusdem Introductionis ad Logicam capita xl.

Zenodoti Philetæri de differentia vocum animalium.

Nicephori Blemmidæ Epitome Philosophiæ.

Eiusdem Compendium Geographiæ.

Nicephori Ponti Heracleensis interpretatio & opinio erudita
demonstrationis de Disciplina Astronomiæ.

Eustathii Thessalonicensis Archiepiscopi Oratio ad Michaë-
lem Stathmitem Saccularium & Chartophylacem, quod sæpe cum
melodiis celebrare debeant memoriam martyris S. Demetrii. Z
II. 9. pag. 17.

Oratio in principio Quadragesimæ. *Ibid.* In fataliter faciles ad
incundam amicitiam, & in conseruanda mutabiles. Ad amicum
qui eum tacite taxarat, &c. *Argumentum futile.*

Oratio de lectura principii hymni illius apud Graecos *μυστικῶν
ἔργων*, &c. De simplicitate, pace, moderatione & vsu diuitiarum
Ecclesiasticarum, & aliarum quarumcumque & contra odium ir-
rationabile. De dilectione & anamnyi recentis tunc confusionis.
Epitome eorum quæ ad Archipraefulis dignitatem spectant.

Damascius Philosophus. Dæbitationes & solutiones de primis
principiis. In Parmenidem Platonis.

Demetrius Cydonius de Filij deitate & processione Spiritus
sancti.

Eiusdem Orationes & Epistolæ. E. vi. 5. In Demetrium Marty-
rem. Gratiarum actio ad B. Virginem.

Demetrius Cizicus contra Iacobitas.

Demetrius Cydonius de Processione Spiritus sancti contra Ca-
basilam.

Demetrii Chrysoloræ Homiliæ. E. III. II. De transfiguratione
Christi. De sepultura. De resurrectione. De annuntiatione *abs-
que principio.* In dormitionem Deiparæ. *sed ferè in omnibus eadem
cum longa illa oratione in eandem Ioannis Geometra, quam prælo iam pri-
deu*

dem paratam cum sua interpretatione habet R. P. Corderius. In natiuitatem Domini.

Eucharistion Deiparæ proseruata Constantinopoli. In magnum Martyrem Demetrium.

Encomium pulicis. Tria hæc vltima alio ac recentiore sunt caractere; quare dubium, an Demetrii an alterius sint, cum in titulis nullibi expressum sit illius nomen, sed tantum *τοῦ αἰῶνος*; quamuis stylus non multum ab illius dictione absit.

Demetrii Triclinij de Phasibus Lunæ ac maculis. A. II. 7. *Habeo penes me. in eodem codice.*

Manuel Moschopulus de inuentione numerorum quadratorum.

Maximi Planudis Arithmetica Indica.

Isaaci Argyri Geodetica.

Nicolai Artabardi de numeris quædam.

Democriti Physica & Mystica Chrysopea vnâ cum plurimis alijs huiuscemodi substantiæ decoctoribus B. VI. 8. K. I. 15.

Dionysij Alexandrini Epistolæ & alia plura A. IV. 16.

Eusebii Alexandrini Orationes H. III. 5. pag. 113.

Georgij Cypri Epistolæ 597. Z. VI. 10.

Georgii Nicomediar Archiepiscopi Oratio de Præsentatione Deiparæ H. VI. 22. *Habeo penes me.*

Quæ ad opera S. Ioannis Chrysostomi pertinent, alio ac singulari indigent catalogo, quem dabo cum Paralipomenis illius Latine redditus.

Encomium Chrysostomi à Ioanne Damasceno scriptum E. VII. 13.

Lexicon, seu explicatio vocum quibus Chrysostomus signanter vsus est.

Commentarij illius in Ieremiam & Isaiam vix lectu, ne dum tanto auctore digni, quos descripsimus. Alia quædam sunt in Psalmos non contemnenda, quæ etiam in editione Anglicana desiderantur: sed de his fusiùs & accuratiùs agam in Paralipomenis Chrysostomi breuè edendis in lucem.

Photij Patriarchæ Epistolæ 59. *Plerasque ex ijs etiam apud se habet Laurentius Coccus collectas.*

Eiusdem Homilia xi. xi. A. V. I. In Parasceuen. De Ascensione, *εις τὸ ἔφοδὸν τῆς φώτων*. De Annunciatione. In Parasceuen. In Baïa & Lazarum. In Natiuitatem Deiparæ. De detectione imaginis eiusdem. De templo. De hæresi.

Nicolai Blemmidæ, Pselli opera omnia Rhetorica, Poëtica, Philosophica, Medica, Chymica, Mathematica.

Theodori Studitæ nihil est ineditum quod non P. simundus, qui nouam eius editionem molitur, præter Catecheses maiores 27. ac Orationem vnã ἐπὶ τῷ ἔθλει τῆς θεότητος, quam à me descriptam ac Latine redditam illi mittam.

Ἰπεδέσεις τῆς κατηχίσεως τῶν πρώτων βιβλίων.

- α. Περὶ τῆς παιδείας πατρῴσιας καὶ τῆς εὐχαρίστως ὑποφέρειν τῶν νόσων.
 β. περὶ τῆς μετάνοιας τῆς κατανάγκης, κατανάγκης καὶ κοσμοκτονίας.
 γ. περὶ τῆς διακονίας.
 δ. περὶ τῆς αἰφύτου ἐξαγγελίας, &c.
 ε. περὶ τοῦ χαρισμοῦ τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος.
 ς. περὶ τῆς ἀγάπης καὶ σπουδῆς ἐν ψαλμοδίας.
 ζ. περὶ τῆς ἐν κοινότητι ζώντων.
 η. περὶ τῆς ταπεινώσεως.
 θ. περὶ τῆς ὑποδοσεως μεγάλων αγαθῶν ἀπὸ μικρῶν ἀφιέντων.
 ι. περὶ τοῦ ἐν κοινότητι σκάμματος.
 ια. περὶ τῆς προσόντων.
 ιβ. περὶ τῶν κατὰ κακίαν φιλίῳ.
 ιγ. περὶ τοῦ ἰσοτύπου.
 ιδ. περὶ τῆς κατὰ τῶν ἀγαθῶν ἐπιπέθεσθαι.
 ιε. περὶ τοῦ μὴ μεγαλύνειν ἄλλο βίον ἀπὸ τῶν κοινωβιακῶν.
 ις. τῆς πανελίου πατρῴσιας.
 ιζ. περὶ τῶν πανουργιῶν τῶν δαιμόνων.
 ιη. περὶ τῶν ζωοποιῶν παθημάτων χριστοῦ.
 ιθ. περὶ τῆς ὀλίγου ὄντος χριστοῦ, καὶ τῆς δέχεται τὸς πᾶσι, καὶ τὸς
 κυλλοῦς καὶ ἀναπάνει.
 κ. περὶ μὴ λαμβάνειν βρώματα ἀνευ εὐλογίας.
 κι. περὶ ἐργάζεσθαι τὰ ἔργα τῆς μοῆσῃς ὡς τοῦ κυρίου.
 κβ. περὶ τῆς πιστείας τὸ πῶς δεῖ ἀνίστασθαι.
 κγ. περὶ εὐχερῶς ὑποφέρειν ἐναντία.
 κδ. περὶ τοῦ λυπεῖσθαι, &c.
 κε. περὶ τῆς θλίψεως.
 κς. περὶ τοῦ ἀγαπᾶν ἑαυτὸν εἶναι, &c.
 κζ. περὶ τοῦ ὑποφέρειν κατὰ νόμον.
 κη. περὶ τῆς εἰρήνης.
 κθ. περὶ τοῦ βίου ὁδοῦ.

Leontij Presbyteri Orationes in Iob, Lucam, Pentecostem, &c.
 Gennadij Scholarii orationes & de primo Dei cultu.
 Procopius in Genesim.

Maximi Planudis Epistolæ & Orationes.
 Philothei Patriarchæ sermones in Euangelia.
 Pantaleontis de eodem argumento, sed videntur iidem.
 Theon Smyrnæus in loca Mathematica Platonis.
 Nicetæ Studitæ Orationes.
 Apfinis Rhetorica. Iosephi Rhacendytæ opera Rhetorica,
 Poëtica, Philosophica, Mathematica. *sunt & eius Rhetorica in Bi-*
bliotheca Collegij nostri Agennensis in Gallia.
 Hippocratis quadraturæ circuli refutatio.
 Ioannis Xiphilini sermones in Euangelia. Z. 1. 1. 3.
 Hermiæ Medici Mathematica & in Phadrum Platonis. K. iii.
 16. Δ. VII. 7. Θ. III. 7.

Hesychij Presbyteri orationes.
 Hipparchus Philosophus A. 11. 8.
 Ioannis Monachi Eubeæ oratio in Innocentes. H. III. 8.
 Nicephori Gregoræ libri 29. ex quibus 11. tantum excusi.
 Theodori Metochitæ varia & plurima.
 Michaëlis Choniatæ Orationes. H. III. 7.
 Marciani oratio in Præsentationem Deiparæ H. III. 8.
 Theodori Lascaris varia Θ. v. 2.
 Theodorus Ducas. *ibidem.*
 Barnabas Monachus de incarnatione.

Theophylacti Simocattæ Dialogus de variis dubiis Physicis.
Atque hic brevis est syllabus auctorum mihi repertorum, quem & ple-
niorem & accuratiorem dedissem, ni labores meos sibi detinuisset is, cui a-
micè concesseram.

Hactenus R. P. Alexander Baruoëtius Soc. nostræ; cuius
 Nomenclatorem hunc Scoriacensem, nostratibus Gallis penè
 omnibus, ipsis etiam Bibliopolis insignioribus, hactenus incogni-
 tum, visum est è re litteraria cum aliis eiusdem argumenti opus-
 culis *ὡς τοῦδε* descriptum, ex tenebris atque obscura caligine edu-
 ctum in omniū manus oculosque emittere, vt Eruditi Lectores ac
 Librariæ Antiquitatis curiosi eum per otium committere possint
 cum iis, quæ de Scoriacensi Regia illa Bibliotheca ante quinquaginta
 circiter annos publici iuris fecit R. P. Antonius Posseni-
 nus ad calcem Apparatus sacri. Equidem memini legisse me pa-
 gina 548. in Addendis ad Gerardi Ioannis Vossii V. C. de Histori-
 cis Græcis libros quatuor secundæ editionis anno superiori Lug-
 duni Batauorum vulgatæ verba hæc: *utinam vero non ulterius eruditi*
Hispaniæ viri inuideant Reip. litterariæ ipsam Iamblichi Historiam Baby-

lonicam, quam dicebam extare in scoriaca sive s. Laurentij Bibliotheca. Ita enim didici ex edito eius Bibliothecæ indice, concinnato à Martino Abbate Lafarina, Philippo IV Hispaniarum Regi à sacris Domesticis ac consilijs. Verum quis sit ille Lafarina Abbas, an diuersus ab Abbate de Farina Siculo, quem REGI CATHOLICO ab oratorio fuisse comperi, & ubi Catalogum illum suum ediderit, quæue formâ, quouè successu (licet à multis hætenus quæsiuerim) fateor me iuxtâ cum ignarissimis ignorare. Si quando in manus venerit, & in eo plura deprehenderim, quam in nostro hoc Baruoëltiano Syllabo, Lectoribus in alterâ editione significare non grauabor.

